

GASP. SCIOPPII ECCLESIASTICVS

Arguendo et loquendo
Auctoritatis

SERENISSIMI D. IACOBI
MAGNÆ BRITANNIÆ REGIS
OPPOSITVS.

In quo cùm Argumento magnam partem Nouo,
tùm Exemplo nemini adhuc usitato disputatur


De amplitudine potestatis & Iurisdictionis Ecclesiasticae tam in temporaliis quam in spiritualibus.

De Regum ac Principum Christianorum erga Ecclesiam eiusque Antistesites seu Pralatos officio.

De natura & ingenuis Ecclesiae Rebellium, siue Hæreticorum, variisq; eorumdem ad Ecclesiae obedientiam reducendorum modis.

De Charactere, siue signis ac Notis Ecclesie, ex quibus eam tam Ethnicis quam Hæretici à quibuscumque Hæreticorum conuenticulis queant internoscere.

Vixi



HARTBERGÆ
ANNO CIO. 1591.



ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO
Sacri Romani Imperij Principi.

D.FRANCISCO GON-
ZAGAE PRINCIPI CASTILIONI,
Marchioni

MANTVAE ET MEDVLARVM.
Sulpbarini Dynastæ,

CÆSARIO APVD REGEM CATHOLICVM
Oratori,

AVREI VELLERIS EQVITI O. C.

GASPAR SCIOPPIVS

S. D.



Ristoretem ferunt cùm ab aliis Auaritiæ, ab
aliis verò Effusionis & prodigalitatis nomine accu-
sari se accepisset, non medicriter ea re gavisum es-
se: quippe qui eam minimè fallacem virtutis illius,
quaæ in largiendi mediocritate consistit, Liberalitatis
notam esse intelligeret. Medij namque argumētum est, alijs aliud ex-
tremorū videri. Quem enim timidi audacē, audaces verò timidū di-
cunt in medio eum versari vereq; Fortē esse iudices licebit. Itaq; Phi-
losophus idem in Politicis, quo loco de paucorū ac populari statu æ-
quabiliter miscendo disputat, hanc iustæ temperaturę ac misionis
notam adfert, si ambiguum sit vtro nomine illa reipub forma, Oli-
garchiæ ne an Democratiæ propriè sit appellanda, cùm alij eam aliter
vocare soleant. Quapropter bona spe teneor, me hoc meo libro, quē
nō tam disputationi & argumētis, quam Auctoritati Serenissimi Bri-
tanniæ Regis opposui, officio egregie functum esse, cùm alias nimj-
am meam in Ecclesiæ hostes lenitatem ac verborum moderationem
accusatatos, alias vicissim de acerbitate mea, qua me usum fuisse, ne-
que humanitatis rationem habuisse existimabunt, conquesturos esse

a a

que

IMPERATOR AVGVSTE
CATHOLICE HISPANIARVM
INDIARVMQVE REX:

Itemque cæteri

SERENISSIMI ET CATHOLICI
AVSTRIAE ARCHIDYCES.



ON patitur mea erga Maiestates & Serenissimæ vestras deuotio ac fides, vt neglectui habeam, quicquid ad Augustæ Domus vestræ rationes quoquo modo videtur attinere. Itaque cùm ROMAM superioribus hebdomadibus reuersus fama & auditione accepissem de quodam Serenissimi ac Potentissimi Angliæ Regis libro, quem ille *Apologiam pro Iuramento fidelitatis* inscripsit, & cum *Monitoria Praefatione* cùm ad alios, tum præcipuè ad vos Austriacæ familie Principes ediderit, magnum me subito eius videndi desiderium incessit, vt scilicet, si quid rectè in rem vestram consultum ab eo vidissim, de tanti, tamque eruditæ & diserti Regis amicitia vobis ex animo gratularer. Heri demum, hoc est, a. d. VIII. Octobris, eius copiam nactus sum, statimque eum translegi, & quod non nisi ad paucas horas eius usuram petiissim, nonnullis quæ notatu digniora, atque alicubi mihi usui futura viderentur, cursim excerptis, ei, unde acceperam, hodie remisi. Et consilium quidem, quod *Monitoria* eius Praefatio complectitur, hanc habere summam perspexi.

Primum omnium vos hortatur, ut tam docti, tamque sacrarum literarum intelligentes ac periti, quam ipse est, euadere admittantini: quam quidem rem non desperare se ostendit, si eadem via incedere, & iisdem, vt ita dicam, Mediis siue adiumentis, quibus ipse usus est, vt vobis libeat, hoc est, si & sacras literas diligenter voluetis, & verum earum sensum vestropte Marte inuenire, cique quod vobis verum esse persuaseritis, velut exploratissimæ firmitatis fundamento omnem fidem vestram imponere velitis, neque eorum, quos Deus

Occasio huius
commentatio-
nis.

Anni 1609.

Tria summa
capita Prae-
fationis Regis.

I.

A

in Ec.